

Alte Drucke

APOLOGIA || FRANCISCI || MONTANI PRO SOCIETATE || IESV IN GALLIA. || CONTRA ANTONII ARNALDI || Aduocati Parisiensis Philippicam. || Ex Gallico in ...

Richeome, Louis

Cracoviae, 1597

Caput XXXII.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-154864

Cur nullus Iesu
ita sit prelatus, dignitatibus careant? ut in tota Europa à condita Societa-
te nullus Iesuita videatur Canonicus, Præpositus, Abbas,
Episcopus, Archiepiscopus, excepto vno, qui inuitus Car-
dinalis factus est, & cum protestatione, magnoq; Societa-
tis dolore, licet quod ad ipsum quidem attinet, tali honore
dignus fuerit? Vnde, inquam, fit, ut sine istis honoribus vi-
uant? Quia iuxta suas Leges eos fugiunt, veluti suæ profes-
sionis obstacula. Si fugiunt: non ergo Regi Hispaniæ ser-
uiunt, ut eos consequantur. Illud enim esset querere, quod
adipisci nollemus, & flagrorum causa famulari, spe certè a-
uerfandi potius, quàm exoptandi stipendii. Concludo igitur,
honorem non esse causam, ut Iesuitæ tanto affectu, ut
dicis, negotia Castiliæ procurent, quod tibi quoque mussan-
te voce cloqui, & leui quasi brachio attingere satis fuit.

CAP V T XXXII.

Refutatur secunda caussa Arnaldi.

Calumnie de Ie-
suitarum diui-
tiis.



Ltera caussa, quæ Iesuitas, ut tu ais, ad Regis Hi-
spani Imperium amplificandum impulit, consistit
in opibus & diuitiis, quas ex Hispania missas, vel
iam possident, vel sese possessuros sperant. Hanc
causam luce palam in aciem producis, & quidem pluribus
locis, non sine magna vehementia. Nam in hoc campo, tam
mirificè tua exulat oratio, millèque hyperbatis & transi-
tionibus, infinitisq; calcibus in Iesuitas insilit & irruit. Hic tot
auri myriadas insectaris: hic nauem Iesuiticam ex India se-
cundo vento nobis aduchis: hic ostendis, Iesuitas non mo-
dò opulentos, sed & opum cupidos, & quidem ardentissi-
mè: hic Iesuitas *seductores*, testamentorum *suppositores*, fami-
liarium *predones* appellas: at illud incommodi interuenit,
quod omnia, quibus hæc probare & firmare aggredieris, ni-
hil

hil aliud sunt, quàm figmenta malè sani tui cerebri; tam perfectò insulsa & stolidà, vt chimæras poëticas & ludicra pictorum in porticib. emblemata longè superent. *Rex Hispaniæ*, inquis, *Iesuitis benè & benignè fecit*: Non nego: sed domi suæ, hoc est, in suis regnis; quin & in his nulla re magis munificus est in Societatem, quàm in alias Religiosas familias, imò in has, quàm in illam longè sese liberaliorem ostendit.

Deinde faciamus verum esse, quod fingis, de ista opulentia: num ea fraudi esse debet Iesuitis Gallis vel vniuersæ Societati? Nam si Iesuite Hispani multis beneficiis cumulati sint à suo Rege; cur Iesuite Galli damnum inde referent? Cur ipsi & alii omnes ob hoc Hispani fierent? Et si Iesuitæ Hispani amant & reuerentur Regem Philippum, vt benefactorem & Regem; cur reprehenduntur, cum affectus & reuerentia illa, Dei & Iustitiæ Legibus sint conuenientissima? & cur ceteris affingemus, quòd solùm Regem Hispaniæ colant, & veris precijs æstiment? Ex tuis igitur figmentis, licèt figmenta non essent, minimè sequitur, Iesuitas Gallos fieri Hispanos, multò minùs totam Societatem, illosq; qui à Rege illo nihil beneficii acceperunt.

Notum est, qui sint fundatores Collegiorum Gallicanorum, & qui Iesuitas in Gallia alant: Notum, inquam, est, nō esse Regem Philippum, & hoc maximè constat de Collegio Diuionensi in Burgundia, Billomeni in Aluernia, Auxitano in Vasconia Hispaniæ vicino, quæ ex eleemosynis in quintum iam annum victitant, vt ex mutuo multa alia Collegia. Notum est, non esse Regem Hispaniæ, qui eos alat, aut si meliùs noueras, quàm ipsi Iesuite, debebas probatis testimoniis id probare: quandoquidem tuæ causæ quàm maximè vsui erat. Idem dico de donis & muneribus, quæ fingis donata Iesuitis ab Hispano. Nam proximis etiam belli tumultibus, cum grauissima egestate in Gallia premeren-

*Diuitie Iesu-
tarū in Gallia.*

tur, alias elemosynas nō acceperunt, quā ab ipsis Gallis.

C A P V T XXXIII.

Immania mendacia Arnaldi de diuitiis Iesuitarum.



Erum omittamus ista mutuscula : veniamus ad illos diuitiarum cumulos, ad istam opum vim, & infinitam magnitudinem, ad istas auri myriadas, quæ in singulos annos ad Iesuitas deferuntur : Rogo te, Arnalde, pande nobis disertis & apertis verbis titulos, originem & fundum tanti Prouentus atinui : res ipsa meretur, vt omnium oculis exponatur. Si ageretur de terminis aut limitibus alicuius prati aut horti, res inuestigatu facilis esset : sed in indagando tali & tam immani reditu, res peritiore interprete & ductore eget. Rogo te, omnem hinc expende, & nobis exhibe industriam tuam & scientiam : rem transactam perfectamq; dabis labore non gradi, præsertim tanta animi æquitate, quantam in te inesse video. Quæso te, vnde duos illos milliones auri prouentuum Iesuiticorum depromis ? Vnde aduehis ? Quis ille, qui tam liberalem manum expandit ? Estne Rex Hispaniæ ? Proba, & firmis quidem probationibus : alioquin fidem non facies : quia iamdudum fidem omnem amisisti, resq; creditu ardua est : quamuis enim Regum *manus longæ* sint, vt quidam poeta ait ; ex multis tamen millibus non reperies vel vnum, qui tam *largas* habeat quā *longas*. Adde, quod communi hominum iudicio verisimile est, Iesuitas paupertatis voto obligatos, si à Rege Hispaniæ tantam auri copiam, compensandis suis laboribus petiissent, reportaturos fuisse responsum illud, quod Prolocutus dedit Thrasibulo Philosopho, Talentum, hoc est, sexcentos coronatos à se petenti ; Mu-

mus